Ne recurras ad peccata quae remissa sunt tibi neque in delicta frequen-
ter offendas sel insequens ea & rursus recurrens in ea; Neque enī ut ca-
nē ad suum uomitum aut suem in suum uolutabrū contraria humanita-
ti inrationabilium & inmundorū animantiū natura deducit; hoc enī
profecto dicens. tradite uerbū dī & scārū precum studio diuina-
appetitus
turae carnalis inmoderatos adpenitentiā discermo contineat & as-
sidua ad dnm oratio arceat ut & naturā tuā opere diuino bonam
conpetenter in sua mensura custodias; sicut equum eam temperans
& refrenans agitatoris disciplinis atque & dno non exsecrabi-
lem facturā suam in te ipso iuxta naturā suam conpositus exhibebis;
Non enim uult opifex creaturae nostrae corruptum in nobis
uidere opus suum; Itaquae scitatibus & remediis spiritalibus
integrum te conserua; ut & nunc & in illum infinitum in seculū
dno creatori placitus adsistas & non per modicam & breuem in hac
uita corporis uoluntatem aeternae beatitudinis detrimentum capi-
as; Ipse autē dns fabricator naturae nrae & omnium accedentiū modo
languorū medicus & futurorum bonorū dator; Dirigat uoluntates
uestras in bonū & perficiat cursū uestrū in salutem; ipsi gloria in secula se-
culorū AMEN; EXPLICIT DE MILITIA XPIANA;

## INCIPIT EIUSDEM DE PATRE ET DUOBUS FILIIS XXXIII

Omnium quidem de scripturis quaestionum absolutio illi soli
ita ut est nota est qui dixit; ego sum ueritas; Nos autem
oportet pia uoluntati & sensu spiritali ad inquisitionem
diuinarum scribturarum accedere, scientes quod si aliquid uere
inuenerimus & hoc ipso inquirendi studio repperimus. bonum
desiderium mentis adtinentes dō intra fines bea titudinis eius eri-
mus, de qua dicitur; beatus qui implebit deside[...]rium suum; qua-
lis autem sit huius concupiscentiae species adi[...]ectio beatitudi-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0266